quere reportaveritque et relictam rursus ab eodem officio non ex fideiubere neque quovismodo per se vel submissas quasvis personas arestare sub vadio Trecentorum florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis Quod vadium in defectu solutionis summae eiusdem primis pro tempore supra nominato solutioni assignato mox eadem die solutionis praefixa nullo decreto Iuribus Iudicij sine officiis accedente solummodo virtute inscriptionis praesentis in summam essencialem et capitale debitum videlicet Viginti sex florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis Convertetur ac convertitur debebit. Hocidemque vadium simul cum summa essenciali immediate iam et super bonis eiusdem recognoscentis haereditarijs et obligatis mobilibus et immobilibus extendetur extendique debebit Praeterea se cum suis posteris in bonis eiusdem supraspecificatis omnibus eidem Creditori et eius posteris obligat et inscribit Quam inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia intra decursum unius anni transferre et transportare sub vadio Trecentorum florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis Pro qua quidem summa essenciali simul cum vadio iam et tum etiam vadio ratione non transportationis eiusdem inscriptionis succumbit et sue cum bonis quibus se praenominatus debitor cum successoribus suis Eidem Creditori vel eius posteris citare permiserit tamen recedendo ab omni suo proprio et competenti foro Coram praesenti Castrensi Premisliensi officio Iurisdictioni actibus praesentibus respectu cum successoribus ac bonis suis omnibus ultro subicit et incorporat Semper in primo citationis termino tamquam peremptorio stare comparere ac locorespondere pro his omnibus praemissis citatus eius vel successores citati fuerit ab officio non recedendo Reipsa satisfacere tamquam quibus opus fuit tenebitur et eius posteri tenebuntur Terminum ipsum primum peremptorium et alios sub se

quendo Causae et causarum terminos Nullis modis collusionibus Motionibus appellationibus earumque per adcitationes prosequationibus evasionibus processionibus suspensionibus poenis tertium marcarum dillationibus ad quietationem allegationibus quibusvis impedimentis Statutisque et Constitutionibus quibusvis laudatis vel laudandis differendo prolongando atque se excipiendo Imo se cum successoribus suis omnibus quibus iuris remedijs utiis renunciando suo et suorum successorum sub amissione totius Causae videlicet Solutione vadij seu vadiorum quo vel quibus solutis utique inscripti omni praesenti et eius contentis satisfacere his quibus necessarium fuit tenebitur et eius posteri tenebuntur Nulla transcriptione in praemissis obstante.

Maitkowski quietat alium

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Iwan Malisz Maytkowsky A terrestribus dictis suis iuribusque suis quibusvis proprijs recedendo a foro Competenti renunciando, Huic Iurisdictioni Castrensi Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad hunc actum attinet incorporando et Subiciendo Sanus mente et Corpore existens publice palam ac personaliter recognovit Quod A Nobili Iaczko Lach Maytkowsky Summam Septuaginta florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis debiti certi ipsi per eundem Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus recognitam solvique pro die hodierna inscriptam in bonis certis asse curat Totaliter et in effectu recepit et manualiter levavit levatamque ad se tullit Ratione cuius summae receptionis eundem Iaczko Lach Maytkowsky et eius successores de eadem summa Septuaginta florenorum pecuniae quietat liberumque ac immunem eundem ipsius successoribus

facit pronunciat temporibus perpetuis et aeternis. Ipsamque inscriptionem super summam praenominatam sibi ab eodem servientem [illegible] eiusdem conditionibus omnibus punctis clausulis articulis ligamentis et nexu ac toto servicio cassat annihilat mortificat obliterat perpetue ac in aevum sibique et suis posteris ratione praemissorum aeternum silentium imponendo praesenti sua recognitione mediante. Quod memoriali formatum est.

Maithkowski recedit ab inscriptione

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus personaliter stans Nobilis Iwan Maliss Majtkowsky. A terris districtibus iuribus iudiciisque suis quibusvis propriis recedendo a foro competenti renunciando. Huic vero iurisdictioni castrensi Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad hunc actum attinet plenarie incorporando et subiciendo sanumque mente et corpore existens publice palam ac per expressum recognovit. Quia ipse recepta manualiter levata summa pecuniaria septuaginta florenorum pecuniae monetae numeri polonicalis a Nobilibus Iwan Lewko Tryctko et Dmitre filiis olim nobilis Mass Michallowicz Majtkowsky. Necnon Sennatko Jaczko Lukass Stecz et Maruchna filiis et filia olim nobilis Iwan Michallowicz Majtkowsky Nepotibus vero ac successoribus legittimis bonorum omnium nobilis olim Michallko Dunijcz Majtkowsky. Ab inscriptione obligatoria sibi per praedictum olim nobilem Michallko Dunijcz Majtkowsky antecessorem eorundem Majtkowskyes coram iudicio ac actis terrestribus Premisliensibus facta et recognita qua mediante

praedictus olim Nobilis Michallko Dunicz Majtkowskij eidem recognoscenti Bona sua certa videlicet Cmethonem et subditum suum Laboriosum Tretor Vesatky areamque in loco nuncupato na Szmoszye in qua eidem Cmetho residebat in fundo et hereditate villae Majtkowiecz existentem in summa septuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis obligavit et modo obligatorio inscripsit. Prout et eadem inscriptio etc. transsumpti latius in suo tenore disponit. Temporibus perpetuis et aeternis recedit. Ipsamque inscriptionem in actis terrestribus Premisliensibus contentam sibi a praedicto olim Michallko Dunicz Majtkowskij super praemissa servientem Cum omnibus eiusdem inscriptionis conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis ac nexu cassat annihilat mortificat obliterat perpetue ac in aevum. Ac et bonis praefatis ipsa inscriptione oneratis eisdem Iwan Lewko Tryctko et Dmitre filiis olim nobilis Mass Michallowicz Majtkowskij Necnon Sennatko Jaczko Lukass Stecz et Maruchnae filiis et filiae olim nobilis Iwan Michallowicz Majtkowskij nepotibus vero ac successoribus legittimis bonorum omnium praedicti olim nobilis Michallko Dunicz Majtkowskij iam ex nunc cedit et condescendit perpetue ac in aevum sibique et suis posteris pro praemissis agendi ea innovandi et renovandi silentium aeternum imponendo praesenti sua recognitione mediante.

Smolniczki contra Tieithko

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Honestus Lucas Smolniczkij in Smolnicza a Sacrae Regiae Maiestatis [illegible] ad Capitaneatum Premisliensem pertinente Tenutae [illegible] Premisliensis [illegible] Drohoiowskij a Drohoiow Capitanei Premisliensis Sculteti